





K.





373.

R
2005-2006

II.

I. N. T. A.
CONTROVERSIARUM
METAPHYSICARUM

DISPUTATIO ALTERA

DE

ANALOGIA ENTIS
& AFFECTIONIBUS UT SIC,

ENTIS QVATERNUS ENTIS,

indeq; manante
Usu Theologico, Ethico, Physico & Logico.

Eam
sub DEI OPT. MAX. AUSPICIIS

P R A E S I D E,
ELIA LADIVERO, P.P.

RECTORE Scholæ Schæsburgen:

ad ventilandum & discutiendum

MARTINUS KELPIUS Holdvlagiensis,

Scholæ ejusdem Studiosus

proponit

Ad diem Octobr. hor: mat:



M. ACADEMIA'
KÖNYVTÁRA

C I Z I N I I,

per STEPHANUM JÜNGLING excusa
ANNO M. DC. LXXIX.



I. N. 3. A. 31313 5-11111
CONTROVERSIARUM
METAPHYSICARUM

DISPUTATIO ALTERA

DE

ANALOGIA ENTIS

& AFFECTIONIBUS UT SIC,

ENTIS QVATERNUS ENTIS,

indec̄s manante

Uisu Theologico, Ethico, Physico & Logico.

Eam
sub DEI OPT. MAX. AUSPICIIS

P R A E S I D E,
ELIA LADIVERO, P.P.

RECTORE Scholæ Schæsburgen:

ad ventilandum & discutiendum

MARTINUS KELPIUS Holdyilagienfis,

Scholæ ejusdem Studiosus
proponit

Ad diem Octobr. hor: mat:



M. ACADEMIA'
KÖNYVTARA

C I Z I N I I,

per STEPHANUM JÜNLING excusa
ANNO M. DC. LXXIX.

Maxime EVERENDIS, CLAFISSIMIS ac PRÆCLARO

Dn. BARTHOLOMÆO BAUSNERO, Ecclesiæ
BIRTHALBENSIS Antistiti vigilantissimo, nec non Ecclesiarum
Saxonicarum per Transylvaniam SUPERINTENDENTI longè
meritissimo.

Dn. GEORGIO SCHOBELIO, Ecclesiæ SCHÆSBURGENSIS
Præsuli dignissimo, Capituliq; Kyzdensis DECANO spectatissimo.

Dn. JOHANNI ORTHIO, Ecclesiæ Kyzdensi Parocho fidelissimo,
Capituliq; ejusdem Seniori Honoratissimo.

Dn. GEORGIO KELPIO, Ecclesiæ Dandorffensis Pastori optimè
merito.

Perpetuo cultu VENERANDIS Domini Patronis Mecœnatibus ac Genitoris.

Dum Thyiorum Elea, Cad mea Dionysiorum, Theoeniorum Hellas Attica, Epilenæorum & Ambrösiorum Patria meditatus solennia, ut vel Mamertina vel Setina prouideret, lentes cunctator, ingenium meum, quod præparatis vites Metaphysicas sustinet pedamentis, tum primum allaborat. Nūnis forsitan sero Antitheria, sero suscitare Favonios, umbrosoq; super Aracyntho Disciplinarum Tritonidis Metaphysicæ (eius iea veritas in Entis Analogia percrebret) ut illius analogica proflus ē Jovis cerebro nativitas) sacris operatur, ut propiciatur eandem Arvus, præmatuta annis, sed forsitan non sine matura vindemiat spe, propria fulcta statumine. Semper quidem Musarum Lesbos contemplationum Coœcubo, quod reficiat eruditorum corda, stillat: æmula tamen opera dum operis & operibus æmulis ab spei diuturnioris confurgunt amuleta, recensionibus, tanquam vitescenti nondum viriditati pœnè initata, jugari cunctum pedamentis, statumib; q; continuit, ut stirpium nondum fibris perfecte radicata, sustentari. Vitis ergo Metaphysica perplexa acinorum nondum propendet digerens nondum acini gemmatam botrorum seriem blandienti variegant diffidio: nondum botri è latitanti racemoru munitimine in lucem se protrudunt: nondum racemi specioso uatum pondere dividuntur; non uxæ foliorum erratico complexu temporum injurias expectant; nec folia luxuriantes coles & comas detonsam palmitum vestiunt munidicem. Pedamenta solum, cantherisq; adhuc inquiruntur, dum in Chœo interim labor ferret: imd tutelaris his queritur siderum influxus, quorum serena obſidio securam promittat vindemiam. Ubi vero felicitus quām in Veftro, VV. CC. & P. Domini hoc mihi contingit, obtutus. Insidere mihi videor Chœnici, dum Te V. adm. & Clariss: D. BAUSNERE, veluti fulcrum columnamq; Ecclesiæ arum Saxoniarum, qui vinea inferribus Dacia axis cresta contueris, antesignanu; eidem Phosphorus imminenes, hanc quoq; adolescentem sub spe Tmolom gratiosi dignaturus aspergunt suscepturum, iudic protectorum blandis mihi desideriis compromitto. Non minus V. & Clariss: Dn. SCHOBELI, jam à teneris Patris instar mihi culte, securam pedamenti spem stipularis, dum soli circuus Methymnae nostri Inspector, omnes Tuas curas alendis ibidem tenerioribus vitibus collocas. Auxiliatrices pariter manus porrigit R. & Cl. Dn. ORTHEL, qui Musas meas teneriores complebas, dum iam Metaphysicum petunt Apenninum, ridicis easdem favoris statuminare non detrectabis. Et jam R. & P. Dn. Parenz, ad affectus Paterni, inger maximam ejus vivacitatem, spem redivivam rapior! Peroret, ubi copia meritorum exundat, officium pietas, & cultum indicet silentium: Non tamen silebit, nec pii Æneæ cura Ascianum subsequi unquam cessabit. Agite ergo, partes Ecclesiæ, studiorum meorum Evergetæ, fulcite, succollate novellam hanc vitem: ne ubertate sterilescait, imperitam dirigite: ne plus satis benigna potolorum serenitate marefcat, temperate: Cauris ne succumbatis, protegitte: quod æquivocâ cultione analogica hæc Vitis sub Univoco favoris unius Zephyro concreta, affectionibusq; Paterni, suo nunquam Enti discordibus, nutrita, qua Cheruscorum jugis fulciri cœpit & augeri, sub Albis aut Salæ, aut Niceris famosiiori Callirrhoa proxime maturescat, & ita Veftra Vfri VV. adm. CC. & P. in salutem Patriæ perennantium, desideria, ad maturam analogico motilime crescente Juventutis patriæ vindemiam, amicâ sub Affectionis benignæ reciprocatione, Univoco coronentur Epiphonemate.

Hoc ominatur et precatur

Martinus Kelpius Holdvilagensis S. S. S.
h. t. Respondens.



SUMMARIUM CAP. III.

DISSERTATIO I.

1. Intricata & perplexa Questio de Analogia Entis non explicatur per qua tuor gradus Univocationis de Rada p. 1. contr. Tb. c. 5. 6. eò quod adhuc manet integra Questio similitudine vocum dissensum tegens non vincens. Nec evolvitur per Zanard. in 4. M. d. 1. c. 3. Arriag. L. D. 10. s. 3. 10. F. B. Spei D. 1. d. 4. r. 2. p. 126. dum negant attributionem intrinsecam distinctam esse ab Univoco.

2. Circa vocem: Analogia sumitur 1. Grammaticè, pro Regula, anomalie opposita. De ea Julius Cesar duobus libris, & Jul. Scal. 110. libris. 2. Physicè, pro inæqualitate contracta in inferioribus, & banc Scotus admittit, nec de illa est b. l. Questio. 3. Mathematicè, pro rationam similitudine, siue in Quantitate continua, Eucl. l. 5. siue discreta l. 7. V. Micr. Lex. Met. p. 106. 1144.

3. Hoc loco sumitur 4. Met. pro inæqualitate respectiva ad inferiora, que b. l. cognoscitur ex dependencia essentiali unius ab altero, inferiore transeunte consufæ in præcisionem. Aristotelî dicitur secundum prius & posterius, 2. Met. 2. ab uno ad unum 5. Met. c. 2. 12. Met. t. 19. Thomas dicitur Media natura, nemo pe inter Univocum & Equivocum, cum ab illo participet Unitatem, ab hoc inæqualitatem.

4. Media hæc natura est Analogia attributionis intrinsece. Nam de Analogia proportionis aut frustra, aut inconvenienter b. l. disceptatur. D. Calov. in Gnost. c. 9. p. 27.

5. Analogia ergo hujus Quest. vel potest intelligi de Analogia contractio- nis secundum esse, & Physica, que est concreta & subjectiva inæqualitas & talis non impedit Univocationem: vel de Anal abstractionu, que ex imperfecta convenientia & intrinseca inæqualitate emanat, quum ratio convenientia includitur in ratione, quæ differunt. Et hæc est punctum Questionis Mend. d. 9. L. f. 4. p. 3.

6. Sensus ergo Rhetoricus Dissertationis talis est: An Ens in respectu ad Deum & Creaturas, Substantiam & Accidens, dicatur de iisdem æqualiter & præscindatur ab iisdem uno modo, siue univocè, an verò inæqualiter & analiticè. Negat scotus d. 1. q. 13. d. 8. q. 2. Affirmat Thomas d. 19. q. 5. a. 2.

7. Fundamentum pro Thoma hoc est: Datur in præcisione inæqualitas, quia non implicat in Uno diversa habitudo ad terminos. Quod ostendo: Unum in oppositione ad diversum potest habere respectum essentiali ad inferiora, ita ut maneat unum. Et licet Scotus contrarium ponat Fundamentum, (Unum con- ceptum

ceptum implicat habere inaequalitatem, quia implicat aliquid esse praeclsum & contractum) tamen cum ille inaequalitatem virtualem cum respectiva confundat, non obest unitati vel conceptus vel rei, esse unum & respicere multa, transire & manere in praecisione. Hoc Suppositum & homine ostendo: Non potest totaliter separari ab inferioribus Ens, quin in illis aliqualiter relinquatur E. est & praeclsum & implicatum. Nam cum Ens ubiqz implicetur, oportet & in inferioribus contineri, cum nihil sit, quod possit effugere rationem Entis. Jam quod prescinditur & relinquitur i. e. inaequaliter relinquitur, illud non est Univocum, sed analogum. Atqui Ens. E. Maj conc. Scotus. Min. probata est, quia Ens omnibus, ut communis & transcendens conceptus est immersum.

8. Excipit: Implicat Ens esse praeclsum & relictum, quia implicat in terminis idem esse abstractum & non abstractum. *n.* In praectione totali & adaequata. C. Atqui Ens dum prescinditur, manet Ens, eò quod tota Entitas ab inferioribus non potest separari, cum omnis praeclio sit ad Ens, non vero ad non Ens. Dices 2. Ergo saltem Ens ut sic est totaliter & adaequata ab inferioribus abstractum. *n.* Ens ut sic & Affectio ut sic identificantur in sensu materiali. Dic. 3. Eo ipso diversificabuntur in sensu formalis. Ergo nihil praectionis superioris involvitur in affectione. Add. vires. Ens involvitur in inferioribus pro materiali, non pro formalis. *n.* 1. Hec diversa notio non potest prescindere totaliter ab Ente, ut patet. E. omnis formalitas aliqualiter involvit Ens. *n.* 2. Ens formaliter & inferiora formaliter identificantur in ratione Entis essentialiter. Urgebis porro: Ens ut sic est praeclsum ita, ut nihil relinquatur ejus in inferiori. Sive: Aliud est Ens praectionis, aliud predicationis. Ens praeclsum est totaliter separatum ab inferioribus; Ens ratione verificationis & predicationis est in omnibus contractum. *n.* 1. Hec non sunt duo Entia, sed tantum unius & ejusdem Entis diversi modi considerandi. E. eadem Entitas manet in inferiori, sicut est praeclsum, alioquin non esset praeclsum, sed specificative, quod est praeclsum, est etiam contractum. Alij distinguunt inter Ens quod & quo. M. D. p. g. t. 1. p. 27. P. 3. & P. 6. *n.* 2. Difficultas haec omnis illustratur exempli Proprietatum in DEO, nam dum DEUS distinguitur consideratur respectu Attributorum suorum, nunquam ita separatum potest considerari Attributum contradistincte ad essentiam, quin involvatur essentia.

10. Dices: Idem procedit de animali, quod manet univocum, et si in sensu iden-

tico superioris in inferiori involvatur. *n.* Neg. animal inaequaliter prescindit ab homine, & multum differunt he due predicationes: Brutum est Ens, & Brutum est animal: Quod ostendo a posteriori, quia brutum tantum habet inaequalitatem & imperfectionem in ratione bruti, sed non in ratione animalitatis, cum equaliter sit animal atqz homo. Verum de Creatura dici non potest, quod sit inaequaliter Ens

atqz

atqz Deum. Creatura vero in resp. ad Ens est bis imperfecta. Primo; in relatione ad Deum, quod utrinqz conceditur. 2. in relatione ad Ens, eò quod non tantum sit imperfecta resp. Dei, sed etiam in propria ratione Entis. Abstractio, inquit Voëtius, est vel per simplicem segregationem vel per confusionem alterius.

11. Concludo: Cum inaequalitas contractionis ascendat confusè in praectionem & Creatura in ratione essentiae dependeat à Deo, Accidens à Substantia (quod de homine & bruto dici non potest) cumqz Ens implicatum in omnibus, non possit adequate ab iis prescindi, in quibus est essentialiter. Infero

Ens respectu inferiorum est analogum.

DISSERTATIO II.

1. Ens respectu inferiorum non est æquivocum.

2. De æquivoco non est Scientia. Atqui de Ente est suprema scientia. Quod dat inferioribus objecta, potest esse analogum, non æquivocum. Addit Thomas: Si Ens est æquivocum, nihil cognoscitur de Deo naturaliter: Quod n. in se nihil est, non potest viâ causalitatis ducere in cognitionem alterius. Meij. in Nool. p. 34. Vind. Dn. D. Calov. c. H. Nicol. §. 4.

3. Moyses quidem Egyptius Doct. Dub. l. 1. c. 60. p. 24. Creaturas solo nomine esse Entia assertit (non comparate, capud Thom. d. pot. D. q. 7.) & resp. Dei, quod libenter concedimus, sed absolute & in se) eò quod Exod. III. 14. Deus sibi soli nomen essentiae attribuit. in quem sensum S. Augustin. Non habebit esse, nisi quod non mutatur. *n.* Deus est solum Ens, ita sicut est solus bonus Matth. XIX. 17. Solus immortalis I Tim. VI. 16. nempe per essentiam & eminentiam, cum ceteris haec eadem attribuantur per analogiam & participationem. Vatabl. in EX. III. Ps. I.

4. Nec distantia infinita inter Deum & Creaturas officit analogie, eò quod 1. resp. substantie & Accidentis adhuc esset analogum. 2. Infinita distantia alia est positive, cum alterum extremum est infinitum, alia negative, ex nullius convenientia, qualis est inter Ens & non Ens. Prior non tollit communicatam in superiore, sed tantum posterior. 3. Sicut in Deo Ente simplicissimo intellectus reputat distincta attributa, sine compositione: ita inter Deum & Creaturam, reputat naturam communem sine Creatura exequatione. D. Calov. M. D. p. 1. c. 4. p. 339

DISSERTATIO III.

1. Usus Theologicus: Analogia Scripturæ est unum medium interpretationis & investigationis sensus intenti à Spiritu S. Mandatur Rom. XII. 6. Propheta sit secundum rationem Fidei 2 Tim. I. 17. Formam habe sanorum verborum. V. plura Glass. Rh. l. 2. p. 2. Conf. Es. VIII. 20. 23. & l. 19. 2 Tit. III. 15. Gal. I. 8. Rom. XV. 4. Luc. XV. 29. Job. V. 39. D. Gerb. LL. CC. è S. S. c. 25. Estqz duplex: alia attributionis, que est perpetua sententia de uno quoqz dogmate

atqz

A 3

dogmate in sede Articuli & loco clarissimo expressa. De qua Aug. l. 15. de Civ. D. c. 10. Tum & alia intelliguntur, quae minus aperte dicta sunt, cum congruentis, quae tantum manifestatio clarent; vel proportionis, sive parallelorum locorum. Illa prior est revera argumentativa, haec est illustrativa. Dannh. Id. Int. f. 1. Art. 1. p. 187.

2. Analogia haec non est Ecclesie autoritas, ut explicat Staplet. Nam ad revelationem Divinam intelligendam non est opus alia revelatione confirmante, ut ad lumen non est opus alio lumine. D. Dorsch. Th. Zach. P. 2. p. 52.

3. Nec est consensus à Majoribus acceptus, ut exponit M. Canus, sive primorum seculorum, quod vult Vincent. Lirinen. vel determinate quinq; seculorum primorum, ut voluit Laterm: Nam consensus Scriptura longe certior (brevior) est Patrum consensu, inquit Cham. Panst. Cat. T. 3. l. 16.

4. Non est Symbolum Apostolicum. Etsi enim in eo Fidei capita principia exponantur, ut Charitatis in Decalogo. Glass. l. c. & ideo à Tertull. Regula Ecclesie, ab Ireneo, Regula Fidei, dicitur, à Thoma, prima credibilia, vocantur; tamen non in eo sensu, vel quasi sit principium secundarium credendi, aut explicite omnia credenda contineat, aut semper uniforme fuerit, teste Ruffin. in Exp. Symb. Aquil. V. Voët. Disp. sel. T. 3. 4. T. 2. Bibl. Patr. C. 1554. C. grill. Hieros. Anni 1530. Catech.

5. Non satis ergo providet Acontius, Cassander, M. Anton. de Dominis (quem D. And. Rivetus in Animad. v. sup. A. C. p. 43. vocat certum Vertumnus, incertum Christianum) vel solum Apostolicum, vel insuper Nicen. Constant. Ephes. Chalced. Milev. & Arau. Symbolum & Canones, addito insuper consensu Pastorum, pro sufficienti & infallibili principio Fidei feligunt. De hoc Metaryco. consilio, Vid. Judic. Ven. Fac. Th. Witteb. de Laterm. Exercit. Lipsien. Jenen. Argentor. in specie D. Calov. Consid. N. T. D. Hülsem. Cens. Orthod. p. 99.

6. Usus Physicus. Materia & Forma non sunt univocè & equaliter principia corporis, sed analogicè secundum magis & minus. Utrum prius & magis & Pro Materia est, quia est maxime sensibile principium, est subjectum generans: Aristoteli est ingenerabilis & incorruptibilis. Pro forma tamen deciditur, eò quod est pars compositi principalis, adeò ut forma dicatur dare esse rei & composito.

7. Usus Logicus: Ex Præmissis necessariis non infertur Conclusio contingens, quia identificatur objectum utriusq; analogicè. In præmissis quidem sub ratione Causæ, in Conclusione per modum Effectus; non tamen moralis (nam voluntas tantum indirecte attingit actus mentis, quoad exercitium non specificatum) sed physici. C. Nomin. Plat.

8. Usus Ethicus in Quest. An detur S. Bonum in hac vita & Nemo ante mortem beatus, inquit Solon. Sum: B. est ex complexione omnium virtutum. Sto-

iti. Sudent id 1. Vitæ varia adversitas: Lacrimæ nobis deerunt, antequam causa dolendi. Polyb. 2. Vitæ anxietas: ob fortunam: Læta dolendis alternat fortuna ferox. Petrarcha. Nostre etiam felicitati incident fortuna, Chil. Probi quam varia est fortuna! quam magni casus parvis sepe momentis intercedunt. M. Aurel. in Ep. Consol. ad Domit. Ob invidiam: Alienis incrementis inimicissima est invidia. 3. Vitæ brevitas. Nemo altero securior est: Nemo in crastinum sui certior. Sen. Vitam tanquam portorum conductitum, mortem tanquam jus perpetuum habemus. Gnev. Sed Stoa S.B. ex Univoco, non ex Analogico estimat. Optimus est, qui minimus urgetur. Sen. Solon de felicitate ex fortuna: Arist. de beatitate ex virtute loquitur. Male vivit, qui molliter fert injurias vita. Bene dolet, qui tacet. Sen. Fortuna (Gentilis) nihil est. Cic. Ut Luna inconstans accipit lucem à Sole: ita inconstans Mundi à constanti pietate regitur. Pet. Virtutis magnitudo calamitatibus approbatur. Valer. Infelicissimus est, qui nescit ferre felicitatem. Bias. Non tempore, sed virtute metienda vita. Alex. Vita sociæ virtus, virtutis invidia, mortis comes gloria. Petrarcha.

CAPUT IV. SUMMARIUM

DISSERTATIO I.

1. Ens ut sic habet affectiones.

2. Affection est conceptus inadequatus & expressior Entis. Inadequatus, quia ens non representat secundum omne, secundum quod potest concipi. Expressior, quia additum aliud ultra id, cuius est, alioquin esset Synonymum.

3. Nou ergo sumitur Affection b. t. in rigore Demonstrationis, ut significet proprietatem à subiecto realiter distinctam, eò, quod implicat in primo multitudine, in simplicissimo compositio. Omnis ergo Affection Metaphysica debet habere reciprocationem & distinctionem saltem formalē: nam realis est res rei addita.

4. Querē tamen: Affection aut est Ens, aut non-Ens. Prius e. E. datur Entis Ens, quia omnis affection est per superadditum. 2. Dist. ult. Per superadditum secundum rem N. secundum rationem C. Inst. 1. Affection est aliud ultra Ens, quia Ens non est sua Passio. Resp. dist. Est aliud ultra Ens formaliter C. identis c. N. Inst. 2. Illud formaliter aliud ultra Ens, aut est Ens aut non-Ens. Prius e. E. porro Entis datur Ens. Posterior e. E. affection formaliter est non-Ens. Resp. Illud superadditum est Ens, sed non realiter distinctum ab eo, cuius est. Ad inconveniens. Non sequitur dari Entis Ens. Quia superadditum non est extra latitudinem Entis, sed est tantum expressior conceptus unius & ejusdem rei. Inst. 3. Superadditum est extra præcisionem, etsi non extra latitudinem Entis, quia affection formaliter non est formaliter Ens. Resp. Supponendo: Formale Affectionis, cum sit inadequatus conceptus, implicare realiter & identice illam Entitatem,

que

que est præcisa, sed non quia est præcisa. Inst. 4. B. saltem reduplicative præcisa est extra Ens ~~ad~~ & affectio & Ens Formalitate distingvantur. *Ex Neg. Conseq.* aut dist. ~~Ex~~ extra Ens conceptibiliter C. realiter N. Inst. 5. Una formalitas, sive formalis ratio non est altera, & utraq; est Ens B. distinctum Ens. *Ex N. C.* quia distincta præcisio non multiplicat entitatem, sed supposita identitate rei præscinduntur in adequati conceptus unde re substratum. Cetera discursu.

DISSERTATIO II.

1. Javellus *Affectiones demonstrabiles, sed non reales in Metaph.* ponit, non separans abstracionem adiquatam ab inadiquata, & realitatem à distinctione reali.
 2. Cum Metaph. sit Disciplina realissima, objectum habebit reale E. & *Affectiones*: nam proprias sequitur conditionem sui Subjecti.
 3. Nec officit, quod illud aliquis Affectionis sit relatio aut negatio. Et non erit quid reale, cum affectio sit realis non per novam realitatem, sed per eandem, diversificatam expressioribus conceptibus. Similiter Sola individuo non est Affectio Entis, sed Enitativa individuo. Dices: Status ille praeclusus est sine Ente Subjecti saltem formaliter &c. Neg. quia in Metaphysicis ab Affectionibus non potest ita praescindiri, ut non involvatur illud, a quo praescinditur. Et omnino, posita adiquata praecisione, nec Entis Analogia nec Affectionum realitas defendi posset. Concludamus: **Ens habet Affectiones reales.**

DISSERTATIO III.

Sed non realiter distinctas. Non n. omnis realitas realiter componit; nec omnis realitas praecisa est totalis & ad aquatæ præcisionis, ut confusè non implicet illud, à quo præscindit. Reale ergo potest ab altero, cuius est, differre ratione falso, cum realitas illa non sit extra naturam Entis. Quod n. manet tale, præciso omni illo, quod secundum rem ab illo distinguuntur, illud non distinguuntur ab illo realiter, quia alias distinguuntur & non distinguuntur. Arqui Affectione manet hinc, præciso omni illo, quod ab Affectione realiter distinguuntur. Dissert. 2. Ergo.

DISSERTATIO IV.

- Usus Theol:** An detur in Deo composition? Neg. quia est Ens simplicissimum. **Joh. IV. 24.** **Luc. XXIV. 39.** Contra 1. Habet attributum & Essentiam E. compositionem saltem Metaphysicam. **Conf.** Omne attributum est aliquid ultra id, cuius est. **re.** Ratione rei de Attributo in rigore C. de Attributo in vi eminenti N. Cont. 2. Quod supervenit Deo in tempore est Attributum reale re-aliter distinctum. Atquiesce Creatorem. **re.** Supervenit per essentiam N. per modum causae vel unionis T. E. Inquis, portò mutatur à non-Causa ad Causam, & ita habet compositionem saltem Metaphysicam. **re.** Causa infinita, quando aliquid operatur, mutat solum Effectum C. Vorst. Socin. **Vid.** A. Heereb. 1.2. Pneum. c. 4 p. 142, & 154. Clasen Th. N. p. 1. c. 30.

2. Usus physicus: An Affectiones Physicæ æqualiter competant corporibus? **re.** Cum quedam sint intrinsecæ, quæ corpori naturali inherent, ut Quantitas, Qualitas, Motus & Rives, quedam extrinsecæ, ut Locus & Tempus; analogia quedam & major necessitas in Attributis intrinsecis quam extrinsecis statuenda est. **Inst. Phys. Sperl.** 1. 2. p. 290.

3. *Ufus Logicus*: An omnis Affatio diliguntur realiter à Subiecto & Cū Demonstratio à priorinon omnis sit per Causam realem, sed virtualem, non omnis Affatio erit res realiter superaddita, sed ratio à priori Subjecti in eis cognito elicere Affectionem identificare realiter, distingue.


4. *Urus Eubicus*. A. S. B. fit ex triplici Boebo-Honesti. Iugundi & Urtis. Dio. inter effientiam

4. Crisostomus: Ans. 3. ut ex tripli bonis honesti, jucunditatis & virtutis. Omnes inter eam et splendorem, Ad splendorem requiruntur omnia tria analogice, ita ut licet primarij virtus generet S. B. tamen quasi rotis felicitatis & alis jucunditatis in Augem provehatur. Gv. H.P. I. 1, c. 21. p. 75.

4. Cius Ethicus: Ans. S. ut ex tripli Bono, Honore, Jucunditate & Gratiæ r. Opt. inter enemiam & splendorem, Ad splendorem requiruntur omnia tria analogicè, ita ut licet primariò Virtus generet S. B. tamen quasi rotis felicitatis & alis jucunditatis in Augem provehatur. Gvav. H.P. I. 2. c. 21. p. 75.


SOLI DEO GLORIA.





TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



que est præcisa, sed non quia est præcisa. Inst. q. E. saltem reduplicative præcisa est extra Ens cum Affectione & Ens Formalitate distinguantur. & Neg. Couseq. aut diff. Est extra Ens conceptibiliter C. realiter N. Inst. s. Una formalitas, sive formalis ratio non est altera, et utraq. est Ens E. distinctum Ens. & N. C. quia distincta præciso non multiplicat Entitatem, sed supposita identitate rei præscinduntur inadæquati conceptus una re substrata. Cætera discursu.

DISSERTATIO II.

1. Javellus Affectiones demonstrabiles, sed non reales in Metaph. ponit, non separans abstractionem adæquatam ab inadæquate, & realitatem à distinctione reali.
2. Cum Metaph sit Disciplina realissima, objectum habebit reale E. & Affectiones: nam proprietas sequitur conditionem sui Subjecti.
3. Nec officit quod illud aliquid Affectionis sit relatio aut negatio. E. non erit quid reale, cum affectione sit realis non per novam realitatem, sed per eandem, diversificatam expressioribus conceptibus. Simplicius: Sola indivisio non est Affectione Entis, sed Entitativa indivisio. Dicest status ille præcisus est sine Ente Subjecti saltem formaliter & Neg. quia in Metaphysicis ab Affectionibus non potest ita præscindi, ut non involvatur illud, a quo præscinditur. Et omnino, posita adæquata præcisione, nec Entis Analogia nec Affectionum realitas defendi posset. Concludamus: Ens habet Affectiones reales.

DISSERTATIO III.

Sed non realiter distinctas. Non n. omnis realitas realiter componit, nec omnis realitas præcisa est totalis & adæquata præcisionis, ut confuse non implicet illud, a quo præscindit. Reale ergo potest ab altero, cuius est, differre ratione saltem, cum realitas illa non sit extra naturam Entis. Quod n. manet tale, præciso omni illo, quod secundum rem ab illo distinguatur, illud non distinguatur ab illo realiter, quia alias distinguatur & non distinguatur. Arqui Affection manet Ens, præciso omni illo, quod ab Affectione realiter distinguatur. Dicunt. 2. Ergo.

DISSERTATIO IV.

Uſus Theol: An detur in Deo compoſitio? Neg. quia est Ens simplicissimum. Joh. IV. 24. Luc. XXIV. 39. Contra 1. Habet attributum & Essentiam E. compositionem saltem Metaphysicam. Conf. Omne attributum est aliquid ultra id, cuius est. & Ratione rei de Attributo in rigore C. de Attributo in vi eminenti N. Cont. 2. Quod supervenit Deo in tempore est Attributum reale realiter distinctum. Atquiesce Creatorem. & Supervenit per essentiam N. per modum caue vel unionis T. E. Inquis, porto mutatur a non-Causa ad Causam, & ita habet compositionem saltem Metaphysicam. & Causa infinita, quando aliquid operatur, mutat solum Effectum C. Vorst. Socina Vid. A. Heereb. I. 2. Pneum. c. 4. p. 142. & 154. Clasen. Th. N. p. 1. c. 30.

2. Uſus physicus: An Affectiones Physica æqualiter competant corporibus? & Cūm quedam sint intrinsecæ, quæ corpori naturali inharent, ut Quantitas, Qualitas, Motus & Qvies, quedam extrinsecæ, ut Locus & Tempus; analogia quedam & major necessitas in Attributis intrinsecis quam extrinsecis statuenda est. Inst. Phys. Sperl. I. 2. p. 299.

3. Uſus Logicus: An omnis Affectione distinguatur realiter à Subjecto? Cūm Demonstratio à priori non omnis sit per Causam realem, sed virtuelam, non omnis Affectione erit res realiter superaddita, sed ratio à priori Subjecti in esse cognito elicit Affectionem identificatam realiter, distinctionem conceptibiliter. M. D. p. g. t. 2. p. 269.

4. Uſus Ethicus: An S. B. sit ex triplici Bono, Honesti, Jucundi & Utili? Diff. inter essentiam & splendorem. Ad splendorem requiruntur omnia tria analogice, ita ut licet primario Virtus generet S. B. tamen quasi rotis felicitatis & alijs jucunditatis in Augem provehatur. Gv. H. P. I. 1. c. 21. p. 75.

SOLI DEO GLORIA.

2000

22



